



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opervm ...

Agobardus <Lugdunensis>

Parisiis, 1666

Ad Carmina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14657

vi & eterni testamenti &c. Quarta, ad Hettonem monachum, (illum, opinor, qui Fuldensis Abbas fuit post Rhabanum) de nomine *Seraphim*, quando sit neutrius generis, quando masculini. Quinta demum ad Guntardum, Vtrum spuere liceat illico post consumptum sacrificium. Et priores quidem, itemque responsiones Hieremias & Ionae, extant etiam in codice monasterij Epternacensis, & inde penes virum clarissimum Philipum Labbeum.

AD CARMINA.

EPITAPHIVM KAROLI] Huic carmini nos titulum fecimus, secuti auctoritatem Chronicorum Novaciensium, in quo reperitur insertum. cuius etiam opere correximus errata quae irreperserant in editione Massoni.

D E T R A N S L A T I O N E] Historia hujus translationis extat in Martyrologio Adonis Viennensis, unde edita est inter Elogia. Sed posteriores xxiv. versus, qui in superioribus editionibus desiderabantur, supplicavimus ex editione Pamelij, qui illos edidit inter Prolegomena operum sancti Cypriani.

AD LEIDRADVM.

NOricum patria fuisse Leidradum, ac multis virtutibus insignem, docuit nos Theodulphus Episcopus Aurelianensis. Legationem enim unam jussu Karoli Magni obierunt in Gallia Narbonensi. Antea vero Karolus Lugdunensem episcopatum commiserat Leidrado. Sed nondum ordinatus erat. Electi autem Leidradi meminit Alcuinus in epistola lxxix. ad fratres Lugdunenses. Et omnino oportet illum fuisse ordinatur anno saltem DCCXCIX. Nam eo anno Felix Episcopus Virgellensis illum vocat Episcopum in epistola ad Clerum populique Virgensem scripta, quae extat apud Alcuinum. Miserat antea Karolus Legatos ad Regem Persarum Aaronem, Isaac scilicet Iudeum, Lantfridumque, & Sigismundum; ac ceteris in ea legatione mortuis;